

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis  
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus  
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.  
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

**Cocceji, Samuel von**

**Lipsiae, 1766**

LIB. VII. TIT. III. Quando Dies Ususfructus Leg. Cedat.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9044**

## LIB. VII. TIT. II.

DE

## USUFRUCTU ACCRESCENDO.

Qv. I. *An ususfructus etiam accrescat verbis conjunctis?*

*Laut. pag.* **N**EG. Quia iis tantum accrescit, qui ab initio solidum habere vi-  
*127. verb.* dentur; quales hi non sunt, qui verbis conjuguntur; his enia  
*Sive ver-* ab initio partes dedisse censetur testator. *L. 89. de leg. 1. de quo ple-*  
*bis tan-* nius insr., *ad tit. de jure accrescendi & late Müller. ad Struv. h. §. 28.*  
*tum.* Equidem in praxi contrarium obtinere ait *Dn. Stryk. U. M. h. §. 2.*  
*de quo videbimus diff. tit. de jure accrescendi.*

## LIB. VII. TIT. III.

QUANDO DIES USUSFRU-  
CTUS LEG. CEDAT.Qv. I. *Cur ususfructus pure legati dies cedat ab adita haereditate?*

*Laut. pag.* **R**ESP. Ideo quia ususfructus in facto personæ consistit, *L. 3. §. f.*  
*128. verb.* **R**Quib. mod. usf. an. l. un. pr. h. indeque sine persona concipi ne-  
*Pure le-*quit. *d. l. 3.* persona autem demum capax fit post aditam haereditatem;  
*gati ab a-*  
*dita ha-*  
*reditate* *L. 2. l. 3.* Quinnd. dies leg. *l. 5. §. l.* Eod. *l. 16. §. f.* Eod. *l. un. §. 2. h.*  
*&c.* tunc enim constituitur ususfructus cum quis jam uti potest. *d. l. un.*  
*Effectus* est, quod ususfructus ita legatus ante aditam haereditatem  
*non transeat* ad præmortui legatarii successores, obligatio enim, quæ  
*non coepit* in defuncto, non potest transmitti ad ejus haereses. *d. l. 2.*  
*E. 3. & 5. d. l. un. per. tot.*

**I**NSTO, quod haereditas jacens quoad effectum acquisitionis repre-  
*sentet* personam haereditis. vid. sup. *l. 5. tit. 2. q. 1.*

**R**ESP. (1) Hoc verum de juribus, at possesso, & ea, quæ in fa-  
*cto* consistunt, ad haereditem non transeunt, nisi reali ejus apprehensio-  
*nem*, *l. 23.* *Acq. vel am. poss.* nec incipiunt nisi persona capax sit quæ  
*frui* possit. *d. l. un. §. 3.* vid. *l. 8. l. 10. de V. O.*

RESP.



R E S P. (2) Non queritur hic de jure hæredis, sed legatarii, qui jus quidem legati regulariter acquirit a tempore mortis, sed ea quæ facti sunt non nisi post aditam hæreditatem, quia ea nec ipse hæres habet.

O B J. (2) Quod legata ipso jure transeant a tempore mortis.

R E S P. Excipe si legata in facto legatarii consistunt, uti ususfructus &c. tunc enim ea non incipiunt nisi adita hæreditate.

In foro nihil hactenus mutatum esse ait *Stryk. U. M. h. §. 1.*

Qv. II. *An dies ususfructus in singulos menses vel annos reliqui cedat initio simul an vero singulis mensibus annisve?*

P osterius A F F I R M. Ita ut non unum legatum videatur, sed plura. *L. un. &c. §. 1. pr. I. h. l. 10. ff. Quand. dies leg.*

O B J. *I. 41. ff. ususfr. leg.* Ubi qui legat fructus annuos, videtur unum legatum constituere voluisse.

R E S P. Hic non usumfructum in singulos annos legat, adeoque nec illum multiplicat, sed unum legatum est der jährlichen Einkünfte, vid. *Struv. Evol. h. th. 32.*

Multum autem interest, an unum sit legatum, an multiplex; illo enim casu purum ac perpetuum est legatum, hoc casu vero conditionale est, ac morte finitur. *I. 4. ff. An leg.* Illo casu ad hæredes legatarii transit legatum, non hoc. *I. 4. pr. I. 5. pr. Quant. dies leg. &c.*

L I B. VII. T I T. IV.

## QVIBVS MODIS VSUSFRVCTVS ET VSUS AMITTITVR.

Qv. I. *An ususfructus civitati reliktus finiatur  
100. annis?*

A F F I R M. *L. 56. ff. Ususfr.* nam quia civitas nunquam moritur, in- *Laut. pag.*  
deque perpetuus redderetur ususfructus, proprietas vero inuti- *128. verb.*  
lis maneret, leges certum tempus, quo municipes uterentur, con- *vel lapsis*  
sisterunt, centum scil. annorum; quia is finis vitæ longævi homi- *100. annis*  
nis est. *d. I. 56. ibique Goth. & Dd.* nisi pacto certum tempus adjicia- *&c.*  
tur, quod hodie plerunque fieri solet. *Struv. h. th. 32. ibique Evol.*

O B J.

